

www.e-rara.ch

**Pavli Iovii Novocomensis Episcopi Nvcerini Elogia Virorum literis
illustrium, quotquot vel nostra vel avorum memoria vixere**

Giovio, Paolo

[Basel], M D LXXVII

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-132417>

Maphei Vegii Laudensis

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Maphei Vegij Laudensis.



VI Heroico spiritu Maronem feliciter æmulatus, quum Aeneidem addito libro suppleuisset, omnes ferè à mille annis illustres poetas, nec excepto quidem Petrarca laureato, præclara cum laude superauit. Sed grauioris quoque doctrinæ, & summæ prudentiæ opinione, Martini pontificis amicitiam consecutus, in confectis sacerdotiis supplicum libellorum officio præfuit: ita, vt mox Eugenio, & Nicolao carissimus fuerit. Extat & eius iucundus nobilisque Dialogus de Præstantia disceptantium, Terræ, Solis & Auri: & ne quid ad cumulatam eruditionem verò Christiano deesset, quædam etiam in sacris literis synceræ interpretationis glossæmata reliquit, aureumque præsertim libellum de rebus antiquis memorabilibus Basilicæ sancti Petri, in quo donaria, sepulchraque pontificum referuntur.

Iacobi Guidij.

*Felix, dum studet addito libello
Aeneam Vegius referre ad astra,
Illustres alios it ante vates
Asserta sibi gloria Maronis.*

Latomi.

*Quam laudem Vegius petebat, aufert,
Vt summo similis foret Maroni.
Tabellæ Veneris manum supremam
Tanto haud indecorem ferens Apelli.*

Ioannis Tortelij.



VI Aretij natus ingenium omnibus ferè disciplinis excultum Romam attulit, meruitque inde, vt ab optimo pontifice Nicolao intra cubiculum curarum, & consiliorum particeps, & sacrorum studiorum adminiculator ascisceretur. Suauitate enim sermonis, hilarique modestia æquales antecessit, inter quos pudenda simulas insanis altercationibus excitata, omnem literatæ dignitatis estimationem foedissimè conuellebat. Sed Tortelius exacti grammatici laude contentus fuit, edito nobili æternoque volumine de Potestate literarum, quo maximum renascenti eloquentiæ lumen adfuisse videmus. Diui quoque Athanasij vitam Eugenio expetenti Latinam fecit. Sed quid maius Tortelio in toto genere laudem tribui non ineptè potest, quando eum Valla disertissimus omnium grammaticus, tanquam summum censorem sibi delegerit.

Latomi.

*Nomen grammatici petens, tuorum
Votorum poteras tulisse summam*

Videri: